



Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorvm

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

9. Pudor valet ad obtinendam disciplinam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-50980)

& vt hoc melius possit facere , ab aliis oculos suos multum debet auertere , cum propriis vi-
tiis bellum habere , rixam verò cum alienis de-
clinare. Sapiens: Proprium est stultitię aliena vi-
tia cernere,sua obliuisci. Dixit Dominus Moysi:
Exod.24. Mitte manum tuam in sinum tuum. Quām cūm
misisset in sinum , protulit leprosam. Retrahe,
ait , manum tuam in sinum tuum. Retraxit , &
protulit , & erat similis carni reliquæ. Ille quem
de mari mundi Dominus ad religionem assum-
psit , manum in sinum mittit , quando in corde
operationes suas discutit: in quibus in principio
lepram peccati reprehendit : sed inspectionem
istam frequentando, tandem ad puritatem ope-
rum peruenit.

Quād ad obtinendam disciplinam valet pudor.

CAPVT IX.

AD obtinendam disciplinā etiam multum
valet pudor. Quod patet per hoc , quād
Philosophus describens modestiam, quam dici-
mus esse idem quod disciplinā , ait: Modestia
est virtus , qua pudor honestatis puram & sta-
bilem comparat auctoritatē. Pudor est timor tur-
pitudinis, vel fuga rei indecentis. Declinatio in-
decentiæ in exterioribus , efficit ordinationem
exteriorem, quæ modestia est: & sic comparatur
auctoritas seu grauitas pura , non habens admis-
tionem sui contrarij , scilicet vtilitatis & insta-
bilitatis. Pudor enim qui eam efficit, ipsam ser-
uat. Dicitur autem pudor honestatis ad diffe-
rentiam fatui pudoris , quo aliqui fatuè erube-
scunt , vnde gloriari deberent. Et notandum
quād

quod secundum Damascenum, Erubescensia
est optima passio, & maximè in eo qui nouus &
quasi iuuenis est in religione. Comicus de quo-
dam Iuuene: Erubuit: salua res est. Seneca: Vere-
cundia in iuuene bonum signum est. Bernard.
super Cantic. Nescio si quidquam gratius vere-
cundia in moribus hominum deprehendi pos-
fit. Verecundia omnium est ornatus etatum: sed
in tenera ætate amplius pulchriusq[ue] enitescit.
Quid amabilius vetecundo adolescenti? quām
pulchra h[oc] & splendida gemma in vultu ado-
lescētis: quām vera & minimè dubia bonæ nun-
tia spei, bonæ indolis index? Quid ita turpilo-
quij & omnis deinceps turpitudinis fugituum?
Idem: Verecundia specialiter gratia est cōscien-
tiæ, famæ custos, vitæ decus, virtutis sedes, virtu-
tum primitiæ, naturæ laus, insigne totius ho-
nesti.

Terent.
Epist. II..
parum à
princip.
Serm. 86. in
Cant. pau-
lo à princ.

Serm. 86. in
Cant. inter
princip. Et
medium.

Quod ad obtinendam disciplinam valet obedientia.

C A P V T X.

Obedientia multum valet ad obtinendam
disciplinam. Qui ad religionem venit, de-
bet habere voluntatem bonam, quasi materiam
totius religionis: quam patri spirituali locum
Dei tenenti, formandam debet offerre. In libro
de vita solitaria: Quicunque voluntatem bo-
nam habuerit, secum habet quidquid ad bene-
viendum opus est: quamuis bonæ voluntati
non semper credere expedit: sed frenanda &
regenda est, & maximè in incipiente. Regat san-
cta obedientiæ regula voluntatem bonam: illa
verò corpus. Simplicitatis initium aliquod ha-
bens

Bernard.